UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta Ta Hellēnisti Heuriskomena

Origenes

Coloniæ, 1685

Ex Origenis Commentariis In Canticum Canticorum E parvo Tomo in Canticum, quem juvenis scripserat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-79842

Visual Library

EX ORIGENIS HOMILIA,

in Pſalmum 82.

Interprete HENRICO VALESIO.

Ἐλήλυθέ τις ἐπὶ τοῦ παρόντος μέγα φρονῶν ἐπὶ τῷ δύνασθαι πρεσβεύειν γνώμης ἀθέου, καὶ ἀσεβεστάτης, καλουμένης Ἑλκεσαϊτῶν, νεωστὶ ἐπανισταμένης ταῖς ἐκκλησίαις· ἐκείνη ἡ γνώμη οἷα λέγει κακὰ παραθήσομαι ὑμῖν, ἵνα μὴ συναρπάζησθε· ἀθετεῖ τινα ἀπὸ πάσης γραφῆς. κέχρηται ῥητοῖς πάλιν ἀπὸ πάσης παλαιᾶς τε καὶ εὐαγγελικῆς. τὸν ἀπόστολον τέλεον ἀθετεῖ. φησὶ δὲ ὅτι τὸ ἀρνήσασθαι ἀδιάφορόν ἐστι. καὶ ὁ μὲν νοήσας, τῷ στόματι ἐν ἀνάγκαις ἀρνήσεται, τῇ δὲ καρδίᾳ οὐχί· καὶ βίβλον τινὰ φέρουσιν, ἣν λέγουσιν ἐξ οὐρανοῦ * καταπεπλωκέναι, καὶ τὸν ἀκηκοότα ἐκείνης, καὶ πιστεύοντα, ἄφεσιν λήψεσθαι τῶν ἁμαρτημάτων, ἄλλην ἄφεσιν παρ' ἣν Χριστὸς Ἰησοῦς ἀφῆκε·

* Rob. Steph. πεπτωκέναι

A Quidam nuper advenit de ſe ipſe magnifice ſentiens, utpote qui impiam & nefariam Helceſaitarum opinionem, quæ adverſus Eccleſiam recens coorta eſt, poſſit defendere. Exponam autem vobis, quæ & quanta perperam aſſerat hæc ſecta, ne forte vos ab illa abripi ſinatis. Ex univerſo ſacræ Scripturæ canone quædam rejicit; quibusdam vero utitur teſtimoniis, tum ex Vetere Inſtrumento, tum ex Evangelio. Paulum quidem Apoſtolum integrum repudiat. Docet præterea indifferentem rem eſſe B Chriſtum abnegare; & eum qui ſapit, ore quidem tenus in ipſo diſcrimine negaturum eſſe, ſed non ex animi ſententia. Librum etiam proferunt, quem è cœlo delapſum affirmant: eosque qui auſcultaverint illi, & crediderint, peccatorum veniam conſecuturos, & quidem diverſam ab illa peccatorum remiſſione, quam Jeſus Chriſtus impertiit.

ΑΠΟ ΤΩΝ ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ ΕΙΣ ΤΟ ΑΣΜΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ.

Ἐκ τοῦ εἰς τὸ ᾆσμα μικροῦ τόμου, ὃν ἐν τῇ νεότητι ἔγραψεν·

EX ORIGENIS COMMENTARIIS IN CANTICUM CANTICORUM

E parvo Tomo in Canticum, quem juvenis ſcripſerat.

Interprete JOANNE TARINO.

Τῷ μὴ ἐξειληφότι τὸ ἰδίωμα τῶν προσώπων τῆς θείας γραφῆς, τῶν τε λεγόντων, καὶ τῶν πρὸς οὓς ὁ λόγος, πολλὴν παρέχει σύγχυσιν τὰ λεγόμενα, ζητοῦντι τὸ λέγον πρόσωπον ὅ, τί ποτέ ἐστι, καὶ τὸ πρὸς ὃ ὁ λόγος ὁποῖον, καί ποτε τὸ λέγον ἐπαύσατο πρόσωπον, τοῦ πρὸς ὅ ἐστι * πολλάκις τηρουμένου, καὶ ἑτέρου πρὸς τὸ αὐτὸ λέγοντος, ἢ τοῦ πρὸς ὃ ὁ λό-

* Ir. ὀλό-γω

C Qui non perceperit proprietatem perſonarum divinæ Scripturæ, tum earum quæ loquuntur, tum ad quas verba fiunt, multum illi perturbationis afferent quæ dicuntur, quærenti, quænam ſit perſona loquens, quænam ea ad quam ſermo fit, cur deſierit perſona quæ loquebatur; cum ſæpe cui verba fiunt, reſervetur, & alia cum ea ipſa loquatur, vel ea ad quam erat ſermo

non amplius audiente, ſed altera dicta excipiente, cum nihilominus maneat quæ loquebatur. Ambæ interdum mutantur, & ea quæ dicit, & cui dicitur: vel cum utraque diutius maneat, non aperte ſignificantur manere. Quid autem opus eſt horum ſingulorum exempla quærere, cum Prophetarum ſcripta ipſorum copia referta ſint? Quæ cauſſa eſt non ſane levis, cur obſcuritas dictorum non dijudicetur. Eſt autem is Scripturæ mos, ut ab uno ſermone ad alium illico tranſiliat, idque obſcure ac confuſe admodum Prophetæ faciunt.

A γος οὐκέτι ἀκούοντος, ἑτέρου δὲ διαδεξαμένου τὰ λεγόμενα, μένοντος τοῦ λέγοντος· ἔστι δ' ὅτε μεταβάλλει ἀμφότερα, καὶ τὸ λέγον καὶ τὸ πρὸς ὃ ὁ λόγος, ἢ ἐπὶ πλεῖον μένοντα ἀμφότερα, οὐ σαφῶς δηλοῦται μένοντα· τί δὲ δεῖ τὰ παραδείγματα ζητεῖν ἑνὸς ἑκάστου τούτων πάνυ τῶν προφητικῶν πεπληρωμένων τῆς διαφορᾶς αὐτῶν; ἥ τις καὶ αἰτία ἐστὶν οὐχ ἡ τυχοῦσα μὴ διακρινομένης τῆς ἀσαφείας τῶν λεγομένων· ἔστι δὲ καὶ αὕτη συνήθεια τῆς γραφῆς, τὸ ταχέως μετα- B πηδᾶν ἀπὸ τοῦ περί τινων λόγου εἰς τὸν περὶ ἑτέρων. καὶ τοῦτο ἀσαφῶς ποιεῖν καὶ συγκεχυμένως μάλιστα τοὺς προφήτας·

Rurſus ex ſecundo Tomo Commentariorum in Canticum Canticorum.

Καὶ πάλιν ἐκ τοῦ β'. τόμου τῶν εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων·

Eodem Interprete.

AD hæc quoque attende, quod Sol, cum clarus & lucidus ſit, cauſſam habere videtur denigrandi, non per ſe, ſed propter eum, qui, ut diximus, denigratur. Ita nunquam Dominus cor indurat Pharaonis, cum hujus indurationis in eo ſit cauſſa, qui duris operibus Hebræorum vitam fatiget, luto, lateribus coquendis, & cunctis operibus; non iis modo, quæ in montibus & collibus, ſed etiam quæ in campis: ſuo enim vitio factus quodammodo materiatus & ſecundum carnem omnimodis vivens, luto amicus, vult etiam Hebræos lutum macerare, qui principalem animi partem non haberet à luto puram: qui quidem, ut lutum à Sole induratur, ſic à Dei radiis Iſrael inſpicientibus induratus eſt. Quæ illius eſſe loci propria, nec nudam in eo hiſtoriam proponi, planum erit, ſi quis animadvertat, cum angerentur & ingemiſcerent filii Iſrael, neque propter laterum officinam, neque propter lutum, neque propter paleas, ſed propter opera ingemuiſſe: & aſcendit clamor eorum ad Deum, non à luto, ſed rurſum ab operibus. Quare audivit Dominus gemitus ipſorum, non audiens gemitus eorum, qui non ab operibus, ſed à luto & terrenis actionibus ad ipſum clamabant.

C Πρόσχες δὲ καὶ τούτοις, ὅτι ὁ ἥλιος λευκὸς καὶ λαμπρὸς ὤν, δοκεῖ τὴν αἰτίαν ἔχειν τοῦ μελανοῦν, οὐ παρ' ἑαυτόν, ἀλλὰ παρὰ τόν, ὡς ἀποδεδώκαμεν, μελανούμενον· οὕτω δὲ καὶ μήποτε σκληρύνει κύριος τὴν καρδίαν Φαραὼ τῆς αἰτίας τούτου οὔσης περὶ αὐτὸν κατοδυνῶντα τὴν τῶν ἑβραίων ζωὴν ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς σκληροῖς, τῷ πηλῷ, καὶ τῇ πλινθείᾳ, καὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις, οὐχὶ καὶ τοῖς ἐν ὄρεσι καὶ βουνοῖς, ἀλλὰ τοῖς ἐν πεδίοις. ὑλικὸς γάρ τις ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ κακίας γεγενημένος, καὶ κατὰ σάρκα κατὰ πάντα ζῶν, πηλῷ φί- D λος τυγχάνων, βούλεται καὶ τοὺς ἑβραίους πηλοποιεῖν, τὸ ἡγεμονικὸν ἔχων οὐ καθαρὸν πηλοῦ· ὅσπερ ὡς πηλὸς ὑπὸ ἡλίου σκληρύνεται, οὕτως ὑπὸ τῶν αὐγῶν τοῦ θεοῦ ἐπισκοπούσων τῷ ἰσραὴλ ἐσκληρύνθη· ὅτι δὲ τοιαῦτά ἐστιν ἐν τοῖς κατὰ τόπον, καὶ οὐχ ἱστορίαν ψιλὴν προέκειτο ἀναγράφειν, δῆλον ἔσται τῷ ἐπιορῶντι, ὅτι ἡνίκα κατεστέναξαν οἱ υἱοὶ ἰσραήλ, οὔτε ἀπὸ τῆς πλινθείας, οὔτε ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, οὔτε ἀπὸ τῶν ἀχύρων κατεστέναξαν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἔργων· καὶ ἀνέβη ἡ βοὴ αὐτῶν πρὸς θεόν, οὐκ ἀπὸ πηλοῦ, ἀλλὰ E πάλιν * ὑπὸ τῶν ἔργων· διὸ καὶ * εἰσήκουσε κύριος τοῦ στεναγμοῦ αὐτῶν. οὐκ εἰσακούων στεναγμοῦ τῶν οὐκ ἀπὸ ἔργων βοώντων πρὸς αὐτόν, ἀλλὰ ἀπὸ πηλοῦ καὶ τῶν γηΐνων πράξεων·